

Quarte partis libri Pastoralis cure

aspiciat: ut dum cor ex memoria infirmitatis atterit: apud humilitatis auctorem robustius in virtute solidet: quia et plerumque omnipotens deus ideo rectorum mentes quantum ex magna parte perficit: imperfectas tamen ex parva aliqua parte derelinquit: ut cum miris virtutibus rutilant: imperfectioni sue tedio tabescant: et nequaquam de magnis erigant: cum adhuc contra se minima immitentes laborant: sed quia extrema non valent vincere de precipuis actibus non audeant superbire. Ecce bone vir reprehensionis mee necessitate compulsum: dum monstrare qualis esse debeat pastor: in uigilio: pucham repinti hominem: pictor sedus: aliosque ad perfectionis litus dirigo: qui adhuc in delictorum fluctibus versor. Sed in hulus queso vite: naufragio orationis tue me tabula sustine: ut quia pondus proprium me deprimit: tui me meriti manus leuet.

Beati Gregorii pape: Liber cure pastoralis insigni laude commendatus: diligenti studio emendatus: ac debita distinctione partitus: vigilantibus cura in vrbis Basiliensi arte impressoria perfectus: feliciter explicat. Sub anno domini. Milleesimoquadringentesimononogesimo sexto: die vero decimo quinto Mensis Februarii.

Laus deo.